



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XLVIII. Forolivien. Usufructus. De usufructu relicto hæredi &  
legatorio, quomodò inter eos dividatur, Et an mortuo hærede, cui datus  
est substitutus, intret ad favorem legatarii jus accrescendi ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-74102)

quantitatis, fundata diceretur proprietariorum intentio.

Quoad primum, planam ac indubitatam dixi affirmativam, quia sive dicatur pecunia pro occurrentibus necessitatibus domi, caute tamen & in abscondito retenta, sive dicatur pecunia praesidiu seu peculi causa habita, semper & omni casu non venit in fructu, sed tanquam quid à fructu separatum pertinet ad proprietarium, non autem ad usufructuarium, ut alii allegatis Barbo*in l. divisorio §. si fundum ff. solue. marim. Garz. de expens. cap. 22. num. 51. Castill. de usfr. cap. 37. num. 20. Harprecht. in §. Thesauris infis. de rerum divis. num. 16. 8c ceteri communiter*, quamvis esset pecunia ab antiquo abscondita eidem testatori ignota, itaut tanquam species thesauri reperta esset in domo vel fundo, cuius usumfructum legatarius haberet, quia licet sit fortuna beneficium, non tamen dicitur fructus sed proprietas, ac solum in his vel similibus inventionibus utputa, statuarum, marmorum, aliarumque fodinarum intrat difficultas respectu emphyteuta cum Domino directo, an scilicet hujusmodi inventio sit sequela dominii utilis vel directi, ideoque usufructuaria sufficere dicebam habuisse dicta pecunia usum seu fructum ex illius vestimento vel negotiacione perceptum, firma remanente obligatione restituendi tantundem, ad instar illorum mobilium, que usu consumuntur.

Quoverò ad alium punctum, stante perfecta & concludenti probatione inventionis dicta pecunia in domo testatoris, quam usufructuaria jure usumfructus inhabitabat, cum sola difficultas versaretur circa probationem quantitatis, de qua deponebat unica testis famula & vilis, neque loquens de propria scientia, sed solum de auditu ab ejusdem Doralicis genero dictam pecuniam numerante statim ac numerationem compleverat, adhuc tamen in odium dicta Doralicis, ex cuius occultatione, & culpa dicta probatio roddebat impossibilis, dixi flante certa probatione substantia, quod quantitatem deferendum esse juramento actorum admiculato à depositione predictæ testis, vel ex juremento in item.

Vel probabilitius ex altera conclusione, quod probata substantia, quod quantitatem & qualitatem in odium occultantis, seu alias delinquentis, vel ubi negotii qualitas ita exigit, sufficiunt probationes imperfectæ etiam per testes singulares, vel praesumptioes & conjecturas, quinimò etiam per ipsius partis iuramentum, ut firmant post alios ab eis allegatos *Ciriac. controv. 347. num. fin. Farinac. defurt. quest. 176. num. 19. cum seqq. Rubens de testam. cap. 98. num. 353. & seqq. Bellon. jun. consil. 93. num. 8. cum seqq. Rot. in Pisauen. localium 22. Iunij 1648. Arguel. §. crumenam Lavellen. 29. Novembri 1650. Corrado dec. 86. par. II. rec. Portuen. affictus 4. Martij 1652. Bichio decisi. 223. eadem par. II. Quodque usufructuaria male se gesserit non manifestando proprietariis dictam pecuniam inventam, itaut de furoto etiam teneri debeat, bene probatur apud Sanfec. dec. 38. Ac alias esset dare inconveniens, quod delictum prodesset delinquenti in damnum & odium innocentis, cui illata est injuria, & hanc dixi mihi videri veritatem; Consului tamen controver-*

siam utpote inter sanguine conjunctos res- pectu quantitatis esse honesta composi- tione dignam cum aliquo me- dio temperamento.

*Cardin. de Luca de Servitibus.*

## FOROLIVIEN.

### VSUSFRVCTVS.

PRO

### SORORIBUS DE MERLINIS

CVM

### LUCIA DE BRASCHIS

*Casus disputatus coram A. C. postea concordatus.*

De usufructu relicto heredi & legatario, quomodo inter eos dividatur, an mortuo herede, cui datus est substitutus, intret ad favorem legatarii jus accrescendi vel non decrescendi, vel potius portio deficiens spectet ad substitutum. De cautione praestanda per usufructuarium, & an illa non praestita faciat fructus suos. Et aliqua de consuetudine Bulgari super resolutione legati ususfructus in alimenta, An scilicet intret etiam in socru, vel in alia persona ultrà uxorem.

### SVMMARIUM

- 1 **F** Acti series.
- 2 **D**ividuntur puncti seu inspectiones.
- 3 **B**ona emphytentia & fideicommissaria non venient sub legato ususfructus generali, nisi constet de voluntate.
- 4 **T**estator potest disponere de bonis heredis, sed non presumitur.
- 5 **A**n sub legato ususfructus veniat legitima.
- 6 **D**e consuetudine Bulgari resolvente legatum ususfructus in alimenta, an cesseret ex voluntate testatoris.
- 7 **A**n sicut dicta consuetudo procedsi in uxore, ita etiam in socru.
- 8 **I**n ususfructu datum jus accrescendi etiam post quasirum emolumentum;
- 9 **D**e jure non decrescendi quid importet.
- 10 **Q**uando dicatur ususfructus relictus pluribus insolidum tanquam unus & individuus.
- 11 **A**n inter heredem & legatarium detur jus accrescendi, vel non decrescendi in ususfructu, & quomodo heres & legatarius concurrant in ususfructu.
- 12 **N**on intrat jus accrescendi, vel non decrescendi, ubi est datum substitutus.
- 13 **A**n testator possit prohibere jus accrescendi.
- 14 **L**egatum ususfructu relictum tutori vel alteri educatori hereditis an cesseret per ipsum mortem, vel cessatam tutelam remissive,
- 15 **D**e cautione per ususfructuarii praestada & quando ob eam non praestata faciat suos fructus, nec n.
- 16 **O**bseruantur legatarii declarat legatum, & quid sub eo testator relinquere voluerit.
- 17 **A**n ususfructuariis agnoscens diminutè legatum in solo usu vel parte fructuum sibi praejudicet.

G 3

DISC.

## DISC. XLVIII.

**C**omes Marcellus de Merlinis, scripta hærede universali Lucretia unica filia infante, cui substitutus ejus germanas sorores, in tutrices deputavit Olimpiam Uxorem, & Luciam socrum, quibus insimul cum dicta hæredie videntibus in statu viduitatis reliquit usumfructus universalem, quem per dicta hæredis obitum in eis effare non debere in codicillis declaravit. Cumque Olimpia uxor ad breve tempus secundum virum duxerit, Lucia socrus & avia respectivè tutelam acceptavit, & convixit cum pupilla, cuius morte sequuta in pupillari etate, orta est controversia inter ipsam & dictas substitutas super bonorum hæreditariorum possessione, quam substituta prætentebant ex statuo continuativo possessionis vigente in Civitate Forolivien. Lucia vero, qua de facto detinebat, continuare prætendebat ratione usumfructus. Et introducta causa coram A.C. hic utriusque parti respectivè, cuilibet pro medietate concessit manutentionem cum aliquibus præservacionibus bonorum emphyteuticorum, & aliorum ex antiquis fideicommissis provenientium ad favorem substitutarum, sed utraque parte appellante, & commissa per signaturam cum clausula sine præjudicio causa in Rota, ulteriorem progressum non habuit, quoniam concordia ei finem dedit.

In disputationibus autem habitis coram A.C.; & in signatura, ac etiam in congressu pro directio-<sup>2</sup>ne cause disputata in Rota, de pluribus punctis a-  
ctum fuit. Primo scilicet, super separatio-  
ne bonorum, quænam essent illa, super quibus dictum legatum caderet. Secundo super natura, seu qualitate legati an importaret formalem usumfructum, vel potius resloveretur in alimenta iuxta consuetudinem Bulgari; Tertio circa defectam portionem dicta heredis defuncta supponendo concorditer Olimpiam uxorem non agnoscen-tem, seu decadentem ob transitum ad secunda vota, ac si non esset nominata, an scilicet acreverit ad favorem Collegatarie vel potius deberetur substitutus; Et quartò demum, an ex eo quod dicta Lucia non præstissem cautionem de bene utendo & fruendo ab usumfructuario præstandam, fecisset pro ejus rata fructus suis durante vita pupille hæredis.

Quoad primum, bona triplicis erant generis seu speciei, aliqua enim erant emphyteutica, super quorum aliquibus habita fuit adeo acris controversia in Rota, super renovatione inter matrem & amitas, ex deductis in sua materia de emphyteutis in alia Forolivien. Alia erant spectantia ad quoddam fideicommissum dictis sororibus apertum; Et reliqua hæreditaria dicti testatoris.

Super prima & secunda specie emphyteuticorum & fideicommissariorum, modica verba-  
tur controversia, quoniam certa regula est, sub legato usumfructus non cadere, cum censeatur testatore de bonis suis tantum disponuisse, ut in terminis unius vel alterius speciei ceteris allegatis firmatur apud Cariac contrv. 283. num. 24. cum sequentur. Surd. dec. 11. num. 9. Ror. dec. 74. num. 23. par. 4. rec. tom. 3. nisi de expreßa vel faltem conjecturali voluntate constet. Licet enim testator disponere valeat etiam de bonis propriis hæredis ad limites emolumenti ex eius hæreditate resultantis, ita non dubitetur de testate, constare tamen debet de voluntate, quæ in dubio non præsumitur Duran. decis. 9. & 119. ac habetur deductum in Romana hæreditate de Spa-

tis sub tit. de testamentis, in Romana fideicommissi de Cesis sub tit. de fideicommissis & in alijs.

Circa vero tertiam speciem bonorum hæreditariorum, quæstio erat, An legatum omnia caperet, vel potius solum dodrantem, præservata legitimæ filiae, & in hoc pariter regula est contra legatarium, ut scilicet legatum non capiat legitimam ex deduc-  
tis per Merlin. de legitima lib. 3. tit. 2. q. 13. n. 33. Rot. decis. 57. num. 1. par. 5. rec. in Firmana Codicillorum 1. Martij 1649. Cerro dec. 299. par. 11. rec. & seqvps.

Duae tamen cadere videbantur difficultates ex-  
citatae in congressu: Una, stante quod hæres esset pu-  
pilla, pro qua testator disponere potest, à ex hac  
circumstantia resultaret dicta regula limitatio, &  
altera circa diversam voluntatem testatoris, qua  
concurrente non dubitatur de limitatione, eodem  
modo quo de emphyteuticis & fideicommissariis di-  
ctum est suprà: Prima vero difficultas in nulla con-  
sideratione habita fuit, cum id in jure cautum non vi-  
deatur, atque in dicta Firmana Codicillorum coram  
Cerro in specie agitur de hærede pupillo; Difficul-  
tatem vero faciebat altera verisimilis voluntatis, ex  
ea circumstantia, quod testator de mandatis con-  
vivitiam uxoris, & socrus cum filia, communica-  
tis etiam carum dotibus, unde videbatur voluntas  
constitutre ex omnibus unum a se, sed defuit oc-  
casio hæc formiter disputandi in Rota, unde non  
potuit super efformari judicium, cum in disputationibus  
habitibus coram A.C. & in signatura principali-  
ter actum esset de solo possessorio, ista vero deduc-  
centur incidenter.

Quoad secundum punctum super natura seu qua-  
litate legati, an scilicet illud importaret formalem  
usumfructum, vel potius resolvetur in alimenta  
juxta consuetudinem Bulgari relatum per glof. in  
auth. hoc loco verb. derogari Cod. de secundis nuprijs,  
dua pariter cadebant difficultates contra hanc par-  
tem, Vna, an regula super resolutione in alimenta,  
qua ex dicta consuetudine recepta esset in uxore, de  
qua omnes loquuntur, procederet etiam in socrus.  
Et altera, an obstat voluntas testatoris, qua ex-  
preßa vel conjecturali concurrente, absolutum est  
dictam consuetudinem cessare, ex ijs, qua haben-  
tur deducta in Firmana usumfructus dict. seq. ubi par-  
ticulariter de materia. Cumque in hac facti specie  
clara videretur voluntas testatoris circa formalem  
usumfructum, tam ex ea circumstantia, de qua in  
dicta Firmana, quod scilicet ille reficitus esset insi-  
mul cum hærede, quam clarus ex codicillari dispo-  
sitione, per quam testator declaravit, quod moriente  
etiam hærede legatum prædictum continuare de-  
beret. Unde clara resultare videbatur voluntas,  
quod senserit de formalis usumfructu, non autem de  
illis alimentis, qua cum præminentia materna vel  
avita percipienda essent, convivendo in domo cum  
hærede, cum id verificari non posset ista mortua, id-  
circo inane opus reputatum fuit agere de prima  
difficultate, an scilicet regula resultans ex dicta con-  
suetudine attendenda celante contraria voluntate  
testatoris procederet solum cum uxore, vel etiam  
cum socrus; Et in hoc licet ad limites verborum,  
qua per DD. profata sunt, videretur posse nimium  
dubitari, cum DD. de hac regula agentes, dicitur  
in Theſaur. juri. lib. 1. q. forens. § 4. n. 1. Surd. de ali-  
mentis tit. 1. q. 15. in principio Caſſill. de usumfructu 7  
cap. 45. num. 6. cum sequent. & alijs, de quibus in dicta  
Firmana, omnes loquuntur de uxore testatoris, &  
respectivè matre hæredis, Nihilominus mihi refe-  
renti etiam ad veritatem, ex identitate & majoritate

rationis omnino verius videtur idem dicendum esse in hac socrū, erga quam utpote testatori per sanguinem non conjunctam, sed per solam affinitatem, nulla cadebat particularis ac major affectio, quam erga uxorem, per cuius medium, ejusque intuitu socrus diligebatur, unde quando in ipsa uxore daremus regulam, multomagis illam dare oportisset in ea minus dilecta, quae per dictam uxorem testatori conjugebatur. Ac etiam quia voluntas clare dignoscitur, quod cum uxore fororum commiscere voluerit stante ejusdem uxoris iuxtē pro majori honestatis securitate resultatō convivientia cum matre. Unde dicebam, quod licet DD. loquantur de uxore, attamen id resulatō videtur à frequenter contingentibus, sed demonstrative potius, quam taxative, ob identitatem, immo majoritatem rationis.

Quoad tertium punctum juris accrescendi vel non decrecendi in portione defēta per obitum ipsius pupillae heredis, & sic in medietate ususfructus, an scilicet ita accreverit dicta Lucia legataria, quod integer sibi deberetur, vel potius dicta portio spectaret ab substitutas, scribentes pro legataria defumendo toutum ex deduc̄tū *per Bellon. de Iur. accresc. c. 6. q. 43. & c. 7. q. 57.* late insisteant in peculiari natura seu privilegio ususfructus, ut in eo detur jus accrescendi etiam post agnatum portionem & quæsitum emolumenū, quoties concurrit conjunctio re & verbis, de qua in praesenti non dubitabatur, quamvis in alijs rebus regula sit in contrarium, ut post agnatum portionem & quæsitum emolumenū non intret amplius jus accrescendi. Quod clarius procedere dicebant ex eo quod juris regulis assisteret etiam expressa voluntas testatoris demandantis in codicillis, quod per mortem heredis, ususfructus prædictis in uxore & socrū, & qualibet earum cœlare non deberet.

Quinimo dicebant versari in terminis fortioribus beneficij juris non decrecendi, quod absque dubio latius patet, quia per illud superfes nū de novo acquirere dicitur, sed habendo habitualiter totum ab initio, quamvis exercitium seu commodum in parte, ita tanquam per remotionem obstatuli istud quoq; habere dicitur juxta ea quæ in proposito juris non decrecendi plenā deduc̄ta habentur in *Mutinen. feudorum de Rangonis sub tit. de feidis disc. 8.*

Quod autem ususfructus tanquam individuus omnibus insolidum relictus esset, & ab initio competeret, deducabant ex eo quod in testamento omnibus insimul relictus esset, & sic tanquam unicus & individuus ex deductis per enīd. *Bellon. cap. 7. quæst. 29. nū. 106. & sequen.* Ac etiam quia in codicillis disponitur, quod præmoriente filia adhuc ususfructus effectum fortiori deberet in uxore & socrū, & qualibet ipsarum, dictio enim, qualibet attribuit actum unicuique in solidum, ac inducit jus non decrecendi ex deductis per Bellon. ubi supra cap. 6. quæst. 37. nū. 31. apud quēm concordantes.

His tamen non obstantibus, etiam cum sensu veritatis dicebam, quod posito, ut juxta præventionem dicta legatarie, quam utsupra in hac parte probabilem reputabam, non intraret consuetudo Bulgari, sed legatum importaret usumfructum formalem adhuc tamen non deberetur, nisi illa medietas, quam vivente etiam herede obtinebat, itaut per istius mortem nihil accreverit, cumdemque sensum habuit iudex, qui pro dicta sola medietate manutentionem sibi concosset. Extranei enim videbantur à casu questionis dicti termini juris accres-

cendi vel non decrecendi cadentis inter plures ejusdem rei collegatarios eodem jure venientes, securus 11 autem inter legatarium & heredem utpote venientes diverso jure, quoniam ut habetur deduc̄tū in *Romanus ususfructus de Pizzattis disc. 55.* juxta opinionem glori. & Bartoli, quam sequitur Rota, portio ususfructus penes heredem adesse dicitur diverso jure tanquam ususfructus causalis, & per non abdicationem à proprietate, itaut pro hac parte nunquam in esse productū fuerit ususfructus formalis, & consequenter intrare non possunt dicti termini juris accrescendi, vel non decrecendi. Atque potius ex parte dicta legataria, quatenus tenenda esset opinio Ruini & sequacium de qua dicto disc. 55. ipsa prætendere potuisse quod ab initio ob hereditis incapacitatem ex beneficio juris non decrecendi totum obtinuisse, itaut in proposito supervenia mors hereditis nullam induceret innovacionem.

Et nihilominus ubi etiam juxta alteram opinionem dicendum esset, quod heres citra incompatibilitatem obtineret usumfructū jure legati, à cohæredi præstandi, quod neque in hac factū specie verificari poterat, cum heres erat unicus, adhuc tam non poterat dictum beneficium juris accrescendi vel non decrecendi, dum testator dicto heredi alios dederat substitutos, potius admittendos, quam collegatarium, ex uno vel altero beneficio venientem, ex ea clara ratione, quod jus accrescendi vel non decrecendi aliud non est nisi tacita substitutione à lege subintellecta qua cedere debet substitutioni expresse, ut ultra generalia in his specialibus terminis firmatur ceteris allegatis *per Rot. in Bonon. fideic. de Ansel. 26. Iur. 1658. & 16. Iun. 1659. Celsi inter suas dec. 269. & 298.*

Et quamvis agendo in disputationibus de hoc motivo, aliqui ex scribentibus in contrarium divergarent, assumendo questionem apud scribentes involutam, an testator prohibere possit nec ne jus accrescendi vel non decrecendi, & an ejus voluntati in proposito deferendum sit. Attamen revera erat inanis evagatio, cum hujusmodi questione intret in hereditate ratione absurdī, quod quis decebat pro parte testatus, & pro parte intestatus, securus ubi agitur de legato vel fideicommissio, in quo imponito dicto jure, portio deficiens remaneat penes heredem vel substitutum eodem jure testati, & sic revera dicta questione omnino extranea erat à casu.

Ad rationes autem in contrarium ut supra deducetas ex dicti terminis, quilibet & insimul, dicebam recte attendi debere, suamque facere operationem inter collegatarios eodem jure conjunctos, non autem inter eum, qui venit diverso jure. Et quoad declarationem factam in codicillis de continuacione dicti ususfructus in uxore & socrū, & qualibet earum non obstante morte hereditis, advertebam illam ad alium effectum referendam esse, diversamque facere operationem, ad tollendam scilicet diff. 14 cultatem insinuatam in *Firmana ususfructus disc. 50. & de qua habetur particulariter actum in eadem Firmana, & in Bonon. ususfructus de Cataneis, disc. 52. & in aliis*, an scilicet legatum relictum tutori, educatori filij & hereditis per istius mortem vel cessante tutelam seu educationem tanquam ex cœfante causa cesset, & hoc est cui testator provideret voluit.

Demum quoad quartum & ultimum punctum cautionis, quæ in proposito duplex stante conditione viduitatis etiam in socrū præstanda erat. Una scilicet generalis cuicunque usufructuario incumbens

bens de utendo & fruendo arbitrio boni viri Altera  
verò particularis, qua *Mutiana* dicitur, non dubi-  
tabatur etiā per scribentes in contrarium utramque  
debitam esse, quodque alias legatarius, qui lega-  
tum à manu heredis obtainere debet, ab isto repel-  
li possit, ac propterea interim non facias fructus  
tuos, quos si de facto percipit, tanquam in statu ma-  
le fidei restituere tenetur, ut ceteris allegatis habe-  
tur apud *Ciriac. controv. 242. Castill. de usufructu*

*cap. 16. num. 15. & 18. cum sequen. Rota dec. 259.*  
*par. 7. rec. & in alijs. Difficilas verò erat in co-*  
*quod ageretur de fructibus jam perceptis per mu-*  
*lierem legum subtilitatum ignoram, unde propte-*re dicebatur intrare aequitatem admisam per Ro-*  
*tam dicta decisi 259. par. 7. Sed dicebam, quod ad-*  
*missa etiam veritate dicta decisionis in casu suo, vel*  
*simili, non tamen bene applicabatur ad præsentem,*  
*Ideo enim excusat mala fides in perceptis, eo quia*  
*legatarius videns heredem pati, quod ipse bona de-*  
*tineret, ac fructus perciperet, credere potuit, quod*  
*id patiente, & non opponendo de cautione istam*  
*non curaret, sed tacite remittere vellet, qua ratio*  
*adaptabilis non erat ad casum, dum agebatur de*  
*pupilla carente velle ac nolle, & in qua dicta scientia & patientia verificari non poterant, unde propte-*re non oppositio referenda erat culpa ejusdem*  
*legataria, cui tanquam tutrici ex debito officij in-*  
*cumbebat onus interpellandi scipsum, quod non*  
*faciendo, dicitur in culpa & mala fide, ut punctua-*  
*liter habetur apud Ciriac. dicta controv. 242. num.*  
*13. cum sequen. & num. 22. cum sequen.***

Augebatur motivum ex eo quod in libris tute-  
laribus eadem tutrix, id quod ex fructibus bono-  
rum, detractis expensis victus & vestitus, supere-  
rat, totum descriperat ad commodum & creditum  
pupillæ, unde propterea agnoverat veritatem & bo-  
nam fidem, quod fructus ob cautionem non prafti-  
tam non faceret suos. Sive quod conficia voluntat-  
is testatoris agnosceret istam esse, quod dictum le-  
gatum revera importaret solum alimeta juxta con-  
iuetudinem *Bulgari*, quamvis attentis verbis, que  
frequentius solent esse magis Notarij, quam testa-  
toris, contrarium dicendum esset.

Atque quidquid sit de conclusione, an usufruc-  
tuarius agnoscens & possidens legatum diminu-  
tum, puta in solo usu, vel in parte, reliquin amittat  
ad text. in l. exceptia, l. placet, & lege is qui ff.  
quib. mod. usufructus amittatur, Ricciard. in S. fi-  
nitur. Instr. de usufructu nn. 99. & sequen. Har-  
precht. ibid. num. 27. Castill. de usufructu cap. 67. nn.  
24. Dicebam tamen hujusmodi difficultates, vel in  
ordine ad lapsum longi temporis ad id necessarii, vel  
ad refutationem in integrum ex causa erroris cum  
similibus; percutor punctum perpetui futuri præ-  
judicij ratione prescriptionis vel remissionis sui ju-  
ris, secus autem ad effectum recognitionis verita-  
tis, & tanquam observantia potius interpretativa  
quam prescriptive. Defuit tamen occasio formi-  
ter hæc disputandi, ac veritatem maturius  
inquirendi ob superventam concordiam  
à me laudatam, & facilitatam.

\*\*\*

## E A D E M F O R O L I V.

## I N T E R E A S D E M P A R T E S.

*Consilium pro veritate.*

Ad intellectum textus in auth. cui relictum  
*Cod. de indicta viduitate tollenda. An scili-*  
*cket & quando, mulier cui relictus est*  
*usufructus sub lege viduitatis servandæ*  
*illum percipiat in primo anno, & an di-*  
*cta lex viduitatis adjecta in gerundio*  
*importare dicatur conditionem vel mo-*  
*dum.*

## S U M M A R I U M.

- 1 **C** *Asus controversie.*
- 2 *De dispositione aut. cui relictum C. de in-*  
*dict. vid. toll. de non prestanto usufructu primi*  
*anni.*
- 3 *Declaratur quando id procedat.*
- 4 *Lex viduitatis adiecta per gerundium an impor-*  
*te modum vel conditionem.*
- 5 *De differentia inter dispositionem universalem de*  
*hereditate & particularē de legato.*
- 6 *Dictio pōd importat conditionem.*
- 7 *Quod magis communiter receptum sit gerundium*  
*importare modum.*
- 8 *De differentia inter consilia ad veritatem, & ad*  
*canc. oportunitatem.*
- 9 *In dubio standum est regula.*
- 10 *Quomodo distinguatur modus à conditione.*
- 11 *In questione de qua num. 4. & 10. spectanda est*  
*substantia voluntatis potius quam formula ver-*  
*borum.*
- 12 *Quandoque verba importantia conditionem re-*  
*solvuntur in modum, & è contra.*
- 13 *Quid importet regulari uni parti assister.*
- 14 *De conjecturis & circumstantijs ex quibus in-*  
*fertur potius ad modum quam ad conditionem.*

## D I S C . X L I X .

**P** Ost terminatam, concordia mediante, con-  
troveriam, de qua disc. præcedenti, in soli-  
datione computorum inter partes, altera  
exorta est controveria super fructibus seu usu-  
fructu primi anni post mortem testatoris, an scili-  
cket, deberentur uxori & socii ob viduitatis legē  
eis adjectam, atque consultores sororum de Mer-  
linis proprietiarum in partibus credebat non  
deberi per expressam & litteralem dispositionem  
textus *Cni relictum Cod. de indicta viduitate tollen-*  
*& in corpore unde sumitur*, & ita ceteris allegatis  
firmatur per *Ruin consil. 40. num. 13 & sequen. lib.*  
2. *Manic. de conjectur. lib. 11. tit. 19. num. 3. sequen.*  
*Sanchez de marim. lib. 7. disput. 87. num. 29. apud*  
*quos ceteri, Vnde defuper ex parte earumdem fo-*  
*rorum pro veritate consultus ad effectum determi-*  
*nandi, an expediret desuper litein assumere.*

Respondi decisionem pro meo iudicio pendere  
à puncto, an viduitas perpetua & per viam condi-  
tionis adjecta esset, vel potius temporaliter & per  
viam modi, quoniam *textus in authentica præ-*  
*dita, & in corpore, litteraliter & expresse*  
*præsup-*